Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-592813-p0001-3

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-592813-p0002-9

~~134~~.
151

# IUBILEUS

Viri reverendi & clariſſimi
D. M. CUNRADI REINHARDI
verbi divini in Eccleſiâ Bernburgenſi
Præconis diſertiſsimi & fide-
liſſimi,

Exacto climacterico hebdomatico
Septimo,

Felicibus Auſpiciis
inchoatus,

*Anno M. DC. XVI. Prid. viſit. Mariæ:*

Celebratus
ab
AMICIS

*SERVESTÆ*
Typis Zachariæ Dörfferi,
ANNO M. DC. XVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-592813-p0003-4

# ODE PINDARICA VOTIVA

Ad Reverend: & Clariſſimum virum

Dn. M. CUNRADUM REINHARDUM, Superintendentem Bernburgenſem, Amicum & Compatrem meum dilectiſsimũ, Cõpleto XLIX. Climacterico, ætatis annum L^um^ lætis auſpiciis ineuntem. Anno M.DC.XVI. prid. viſitat: Mariæ.

στροφὴ α. κώλ: ιγ.

Πόληος ἐκ Σοράβων
παλαιῶν λιπαρᾶς
ὕπθ' ὅρμον ἠδυθρόων,
τοὶ μουσέων πεφιλημέ-
νον κάρα, πέμπω ἐπέ-
ων, γεγηθότι δίζεαι
ἦτορ; αὐδρεμέα ἀλ-
κὰν ἔρωτος ἀλκὶ ἀκάθ-
εκτον χ' ὑπερλονί-
δαο φέγγος ἀκαμάτου
δρέμοντε ἐρῶτα
δεκάδα ἐκτελέσαντα τοὶ
ἐπ' ἐννεάδος κύκλων τετάρτην.

ἀντιστροφὴ. α. κώλ: ιγ:

Ἰαίνου ἀμφιδεθείς
κάρηνον στεφάνοις,
ἰαίνου ἀμφιπλακείς
πλευρὰς πέριξ ἑτάροισιν.
ἤδη ἔτος δέκατον
ἀμφὶ τεσσαρακοστῷ
ὀρθῷ εἰσβέβαας πε-
δίλῳ, ἤδη ὀκρυόεν-
τα ὀρθῷ ὑπερβέβα-
ας πεδίλῳ, εὐτυχέων
τε δυστυχέων τε,
κλίμακα ἑπτάκις ἑπτὰ ἐ-
τῶν, τέρμ' ἀτυχέστε μόρσιμόντε.

ἔπῳδ: α. κώλ: ιγ.

ὕμνους ἄρ' οὖν ἐπινι-
κίους δέξαιο, κυ-
μάτεσσιν ἠλιβάτοις
τύχης κυλινδόμενος δη-
ρὸν δυστυχοῦς, λιμένα δ'
εὔορμον ἐλήλυθας,
χαλινὰ τεᾶς Ἀρ-
γοῦς βαλὼν ἐπ' οὐδῷ ἀμώ-
μου γήραος. ὑψιμέ-
δοντι, τἀγῷ Ἀσκανίας
ἀστέρ', ἀκεραΐῆς θ'
ἅμα τεοῖς κεχαρισμένος,
πᾶσιν πεφιλημένος, χάριο·

στροφὴ β: κώλ: ιγ.

Τί μῶμε μορμολύκει-
ον, ὦ μόρμορε μόρ-
μα μορμύρεις, μόρμον
μωράντε μορμῶ ἵεισα
μορφνῷ ὅπ; ἢ τί σοφῷ
ἀνδρὶ μέρμερα μερμέρεις
μωρὰ μέρμερε μωρέ·
ὄντ' ἄγχι σχές, τοὶ ἀμερ-
μηρεὶ ἔντ' ἀμέρμερα
ἀτρεκὲς τρανῶσαι ἀνώ-
γει. πορφυρέαν ἄγ-
χι κεφαλὴν σχέο ὄφρα μὴ
πυθοίατο οἱ φθόνῳ τυπέντες.

ἀντιστροφὴ β: κώλ: ιγ.

ἰδοὺ ὅπλοισι κεκα-
σμένον φιλοσόφων,
ἰδοὺ τε θεολογίας
ἐν μέσσῳ ἀντιπάλων κρα-
δαίνοντα ἀμφίγυον
ἔγχος, ἀμφιτρομεόντων
ἀφιλοσοφήτων.
ἠνὶδ' ἄνδρα εἰδότα γλωτ-
τῶν, ἠνίδε μέρμερα
ἔργα μορμόνος γελόων-
τα, μορμολύκας τε
διαταραξαμένοιο προ-
σώποιο σοφόν τοι ἐκδύσασθαι.

ἔπῳδ: β: κώλ: ιγ.

Τύγ' οὖν τόσσοισιν ὁπλι-
σμένος ἔντεσιν, ἀταρ-
βήτοισιν ἤδη ὀπω-
πῆσιν προθεοῖσί τε θαρρε-
όντεσσιν ἀφροσύνας
εἴσβηθι ἔντος τόδε.
μέμηλε τεὸν γῆ-
ρας θεῷ, τὸ αἰετοῦ ὡς
ἀερσιποτήτεω
κίκυν ἐμπεδώσει ἀνα-
νεασσόμενος. χά-
ριο γέρον, πλέονας λυκα-
βάντων ἐπίβαλλε τοῖσδε κύκλους.

M. Marcus Fridericus VVendelinus Gymnaſ. Rect.

## Aliud.

## A L I U D.

NAtalem rediiſſe diem, clariſſime Myſta,
Atq; decem vitæ luſtra peracta tuæ;
Lætor ovans, meritò feſtiva repotia debent,
Mutua quos Fidei conjugat arrha, viro.
Arrha viri, quæ culta Fide & Pietate, ſenecta,
Cuiq; juventa malis intemerata fuit.
Flectere qui docto facundoq; ore peritus
Corda virum, & cœtus nectere amore pios.
Lætior exulto, te quod fovet inclutus URSUS,
Atq; favet monitis, muneribusq; tuis.
Næ! tua Principibus Pietas, Doctrinaq; magnis
Grata, probata, probis commemorata viris
Nullâ hæc invidiâ potis eſt ſuccumbere, nullâ
Aurâ terrenæ ſortis, & aure Levi.
Ut nebulæ Phœbo nequeunt nocuiſſe coruſco;
Sic etiam VIRTUS, quò mage preſſa, viret,
Vive valeq; gregi CHRISTI Legiq; ſuperſtes,
Illuſtris luſtra pluria luſtra ſenex.

Cyr. Herdeſianus J. U. D.

# ALIUD.

POndere, menſura, & numero Deus omnia mundi
Condita ceu certis legibus ire jubet.
Ἑπτάδα qui neſcit mirandam σεπτάδα noſcat,
Repperiet motus omnia mira ſui.
Hoc duce ſeptenis perfectum menſibus omne
Corporis humani ſtatq; caditq; decus.
Embryo SEPTENO formatur lumine, eodem
Lumine vitalis naſcitur omnis homo.
SEPTIMUS inſolita dentes prurigine menſis
Elicit, & pueros vi graviore premit.
Idem etiam numero integros atq; ordine complet,
Roboris anticipans SEPTIMUS annus iter.
SEPTIMO apud veteres majorum imitantia ſtirpem
Indita ſunt pueris nomina læta die.
Corda quibus vegeto ſolidæ ſtant robore vires
HEBDOMAS immutat PRIMA, novatq; gradum,
PROXIMA vernanti decorat lanugine malas,
Conſtantem firmat TERTIA forma virum.
Artus membrorum magnos, magna oſſa, lacertosq;
Et pectus latum QUARTA figura refert.
QUINTA renaſcentis dat robora querna Milonis,
SEXTA eadem ſervat, SEPTIMA ſponte terit.
SEPTIMUS octavo proprior diſcrimina morbi
Judicat, & vitæ pacta neciſq;, dies.
Adde quod & cœli SEPTEM revolubilis orbes
Maxima SEPTENIS motibus aſtra regunt.
Saturnus, Sol, Luna, Venus, Mars, Juppiter, Hermes,
Grata metallorum luce talenta cient.
Candida noctivagæ SEPTENO cornua Lunæ
Mutantur vultu, dum latet atq; patet.

Plei-

Plejadas hic taceo, SEPTEMq; Erymanthidos Urſæ
Lumina, ſeu Taurum ſeu tueare polum.
Deſino rimari cœlum, nam circulus orbis
Fors eadem, aut mavis fors meliora dabit.
Maxima quis neſcit SEPTEM miracula mundi?
Quem fugiunt SEPTEM fulva metalla ſoli?
Quem latitant medii SEPTEM maris inſulæ? averni
Lurida Thyrennum qua capit aura fretum.
Quid? quod Roma potens SEPTENIS incluta quondam
Montibus Auſonii floruit Ara ſoli.
Artes ſi ſpectes SEPTENO nomine paſſim
Hactenus indigenis innotuere viris.
Muſica SEPTENIS roſonat modulamina vocum
Clavibus, & SEPTEM dat lyra tenta fides.
Si ſacra perpendas. Sabatho lux SEPTIMA ſacra eſt,
Jubila ſacra Deo SEPTIMus annus agit.
Jubila magna Deo ſolenniaq; inſuper annis
Quattuor adjectis ter tria luſtra ferunt.
Cernis ut è reliquis hic SEPTENARIus unus
Exſultet genio nobiliore potens.
Nam neq; ſimpliciter par eſt, neq; prorſus & impar
Verùm utroq; vigens ſtat genitore ſatus.
Qui per ſe ſolum ductus QUADRATA ſub annis
Quattuor appoſitis ter tria luſtra dabit
Per quadraturam ductus, tria ſecula, & octo
Luſtra, tribus facient agglomerata CUBUM.
Vive Patronorum pars præſtantiſſima, gaude,
Quod tibi JOVA dedit Luſtra videre decem.
Queis QUADRATURAM comples ætatis, & inde
Ingrrderis Chriſto propitiante CUBUM.
τετϱάδι Theiologus perfectus jure videris,
τετϱάδα namq; ipſam vox amat ipſa Dei.

Dum

Dum per præcipuas variante Idiomate linguas
Quattuor ad ſummum vix elementa capit.
Quattuor & ſeptem CVBVS undiq; continet actu,
E latere obverſo calculus iſta probat.
Sic tetragonus homo forti, juſto, moderato
Atq; ANIMO nunquam deſipiente valet.
CORPORE ſic vegetus ſanus ſalvusq; triumphat,
Formaq; juſtitiæ convenienter adeſt.
EXTRA proſperitas, bona fama, potentia, amici,
QUADRATUM multa dexteritate beant.
Quadrupla ſic triplici concurrit limite virtus,
Æternum intendens ingenioſa CUBUM.
Hanc QUADRATURAM tibi gratulor, & rogo JOVA
Ducat ad æternum teq; tuosq; CUBUM.
Error ubi nullus, nulla imperfectio, nullus
Defectus, vitii nulla ruina ſubeſt.
Omnia conſtantem ſed ſunt habitura quietem,
Æternumq; ſitu perpetuante latus.

*M. Chriſtianus Moldenhauerus.*

*F I N I S.*

Nr 1996

8

ULB Halle 3
002 063 808

nicht aufg., da unvollst. u. nicht zu ermitteln!
28 a / 50 1996 /

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-592813-p0011-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-592813-p0012-4

174.
151

# EUS

clariſſimi
REINHARDI
i Bernburgenſi
mi & fide-

ebdomatico

ciis

*viſit. Mariæ:*

S

Æ
Dörfferi,
VI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-592813-p0013-0